



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 141. Decretum II. de pacificis Possessoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

§. CXLI.

Sæcul. XV.

*Decretum secundum de pacificis pos-  
sessoribus.*

In eadem sessione vigesima prima adhuc *Labbe Conc.* aliud conditum legimus decretum, *to. 12. p. 552.* quo statuitur, *quod quicunque non violentus,* *sed habens coloratum titulum, pacifice benefi-* cium triennio proximo hactenus possedit, non possit a quoquam molestari. Triennalis hæc possessio tantum operatur, ut possessor nequidem in petitorio ulla amplius molestia affici queat, & in hoc ipso Decreto *de pacificis possessoribus* fundatur legitima Beneficiorum præscriptio, quæ originem suam a Concilio Basileensi repetens, in Pragmaticam Sanctionem, necnon in Concordata transiit, & inde Regula Cancellariæ trigesima sexta *de triennali præscriptione* erecta fuit. Ut autem ejusmodi possessio præfatis potiatur effectibus, in titulo colorato fundata sit, necesse est, scilicet ut ab eo sit concessa, cui concedendi potestas competit, nullo interveniente manifesto vitio. Præterea possessio ab eadem persona continua esse debet (Prædecessoris enim possessio nihil ei suffragatur) simulque pacifica, ita ut per nullum actum juri dicum, nec per litis contestationem interrumpatur, nisi forte alter in prosequendo jure suo a nimia possidentis potentia impe ditus



Sæcul. XV. ditus sit. Ampliori adhuc examin  
A.C. 1435. præfens decretum subjiciemus, dum de  
Sanctione Pragmatica differendi copi  
dabitur.

### §. CXLI.

#### *Decretum tertium de divino Officio.*

*Labbe Conc.* Tandem Synodus suæ sollicitudinis,  
to. 12. p. 553. nimique ad singula intenti specimina  
& seq. editura, in hac eadem Sessione plura con  
didit decreta, quæ ritus Ecclesiæ specta  
bant.

Primum respicit publicam divini offici  
i recitationem, ubi constituit, ut laudes  
divinae horis debitibus, signis congrua pulsatione  
præmissis, traditum & cum pausa de  
centi, præsertim in medio cujuslibet versicul  
Psalmorum, debitam faciendo inter solem  
ac feriale officium differentiam, reverenter  
ab omnibus persolvantur. Præterea de  
crevit, ut Horas canonicas dicturi cum tu  
nica talari ac superpelliciis seu cappis, juxta  
temporum diversitatem Ecclesias ingredian  
tur, & cum in choro fuerint, gravitatem ser  
vent, non insimul, aut cum aliis confabu  
lantes seu colloquentes, aut literas, vel scri  
pturas alias legentes, item, cum dicitur,  
Gloria Patri &c. omnes consurgant, cum  
que nominatur gloriosum nomen JESUS,  
omnes caput inclinent. Nemo ibidem, dum  
Horæ in communi publice cantantur, legit  
vel dicat privatum officium.

In